

## C O N C I O X L I X .

De Peccato Originali , in gen. &amp; spec.

T E X T U S , R o m . V . v e r s . 1 2 . 1 3 . 1 4 .

*In quo (Adamo) omnes peccarunt. Nam usque ad Legem peccatum erat in mundo: Peccatum vero esse non putatur, non existente Lege. Regnavit autem Mors ab Adamo, etiam in eos, qui non peccaverunt ad similitudinem transgressionis Adami; qui est typus illius, qui erat futurus.*

## E X O R D I U M .

**A**Udivimus, ex proximiè præcedentibus verbis, *versus 12.*

Ut per Unum hominem Peccatum introierit in mundum;

Ut per peccatum Mors in eundem introierit; atque sic,

Ut Mors ita in omnes homines pervaserit; eò quod.

Omnis in primo illo homine peccarunt, reique facti sunt.

Hæc omnia eo fine adducuntur, ut cognoscamus ac perspiciamus

Immensam & ineffabilem Dei gratiam, in Christo Jesu;

In quo remedium invenimus, contra mala hæc omnia.

Priusquam autem Paulus Gratiam Christi his omnibus opponat,

fæsius aliquantò declarat, quod dixerat de Lapsu Adami,

& indè sequenti miseria universi generis humani.

In verbis, modo prælectis, ex *vers. 12. 13. 14.*

Vult probare id, quod postremò dixerat; nempe,

Omnis homines in primo illo homine peccasse,

Parisque reatus cum eo participes factos esse:

Urgatque hoc modo valde Peccatum Originale.

P. Sequemur ordinem Apostoli, & de duobus in hac concione agemus:

I. Considerabimus, *Omnis homines in Adamo peccasse, & aequali cum Adamo reatu teneri.* Pecc. Orig. ingen.

II. Dicemus aliquid, *de Peccato Originali, in specie.*

V. Deus succurrat, ut id fiat in suâ gloriam, nostrâque salutem:

Sanguis Jesu Christi purget nos ab omni peccato;

Spiritus S. sanctificet nos indies magis magisque, quoad

tandem plenè puri coram eo sistamur in futura vita: Amen.